
ctus for- tis.
1. Chor. A- gi- os Athá na tos, e-
léi- ſon i- mas. 2. Chor. San- ctus
Immor tá- lis, mi ſe- ré- re no-
bis.
Duo Cant. de 2. Chor.
℣. Qui- a e- dú- xi te per de ſér-
tum quadra- gín ta annis, & man na ci-
bá- vi te, & in tro- dú- xi te in ter- ram

ſa-



ſa tis bo- nam, pa- rá- ſti cru- cem



Salva tó- ri tu- o.

*Chori reſpondent alternatim* Agios o Theos, *&c.* Sanctus Deus, *&c. ita tamen, ut primus Chorus ſemper repetat* Agios, *&c. Secundus autem* Sanctus Deus, *& ita deinceps.*

*Duo Cant. de* 1. *Chor.*



℣. Quid ul-tra dé- bu i fá- ce re ti-



bi, & non fe- ci? E- go qui- dem plan- tá-



vi te ví ne am me- am ſpe- ci- o- ſiſ- ſimam;



& tu fa- cta es mi hi ni- mis a- má- ra; a-



cé- to namque ſi tim me am po- tá- ſti; & lán-

ceâ







*Item Chori alternatim reſpond.* Agios o Theos, *&c.* Sanctus Deus, *&c.*

*Verſus ſequentis* Impropérii *à duobus Cantoribus alternatim cantantur, utroque Choro ſimul repetente poſt quemlibet verſum* Pópule meus *uſque ad verb.* Reſpónde mihi, *incluſivè.*

*Duo Cant. de 2. Chor.*

℣.










*Chorus repetit.* Pópule meus, &c.

*Duo Cant. de 1. Chor.*

℣.







dí-


*Chor.* Pó-
pule meus.
dí ſti Prin cí pi bus Sa cer dó- tum.
*Duo Cant.*
*de* 2. *Chor.*
℣. E go ante te a pé ru i ma- re; &
tu- a pe ru í ſti lánce â la tus me um.
*Chorus.* Pópule meus.
*Duo Cant.*
*de* 1. *Chor.*
℣. E go ante te præ í vi in co lúmna
nu- bis; & tu me du xí ſti ad Præ tó ri- um
*Chorus.* Pópule meus.
Pi lá- ti.
*Duo Cant.*
*de* 2. *Chor.*
℣. E go te pa vi man na per de ſér- tum;


& tu me cæci dí ſti á la pis, & fla gél-
lis.
Chorus. Pópule meus.
Duo Cant. de 1. Chor.
℣. . E go te po tá vi a quâ ſa lú tis de
pe- tra; & tu me po tá ſti fel le, & a cé-
to.
Chorus. Pópule meus.
Duo Cant. de 2. Chor.
℣. E go propter te Chana næ ó rum Re ges
percúſ- ſi; & tu percuſ sí ſti a rúndi ne ca put
me- um.
Chorus. Pópule meus.


Duo Cant. de 1. Chor.
℣. E go de di ti bi Sce ptrum Re gá-
le; & tu de dí ſti cá pi ti me o ſpí ne- am co-
ró- nam.
Chorus. Pópule meus.
Duo Cant. de 2. Chor.
℣. E go te ex al tá vi ma gna vir-
tú- te; & tu me ſuſpen dí ſti in pa- tí bu lo
Cru- cis.
Chorus. Pópule meus.
Deinde duo Cant. 1. Chor. intonant Añam.
Cru- cem tu- am. Chor. proſequit. A-
do rámus, Dó- mi ne; & ſanctam Re ſur recti ó nem



tu- am lau dá-mus, & glo ri- fi cá mus; ec ce e-



nim propter Lignum ve- nit gáu-di um in



u ni vér ſo Mun do.

*Iidem 2.Cant.*



*Pſalm.* De us, mi ſe re á tur noſtri, & be-



ne- dí- cat no-bis. *Chor.* Il lú- mi net vul tum ſu-



um ſu per nos, & mi ſe re á- tur no ſtri.

*Et repet. 2. Cant.* Crucem tuam, *& Chor.* Adorámus Dñe, *uſque ad Pſalm.*

2. *Cant.*
2. *Chor.*



℣. Crux fidé- lis. *Chor.* Inter om-nes Ar-

bor


bor u na nó bi lis: Nul la ſil va ta lem pro-
fert, Fron de, flo- re, gérmi ne, * Dul ce li-
gnum, dul ces cla- vos, Dul ce pon- dus ſú-
ſti net.
2. Cant. de
1. Chor.
Hymnum.
PAnge lín- gua glo ri ó- ſi
Láure am cer- támi nis, & ſu- per Cru- cis tro-
phæ- o, Dic tri- úm-phum nó bi lem: Quá li-
ter Re- démptor Or- bis, Immo- lá- tus

ví-




*Uterque Chor. ſimul cantat* ℣. Crux fidélis, inter omnes, *uſque ad verba* Flore, Gérmine, *incluſivè.*

*2. Cant. de 2. Chor.*




℣.










*Uterque Chor. ſimul cant.* Dulce lignum, dulces clavos, *&c. ut ſuprà.*

*2. Cant. de 1. Chor.*




℣.




ris



ris Ars ut ar- tem fál le ret : Et me- dé lam



fer ret in- de, Ho ſtis un- dè læ ſe rat.

*Uterque Chor.* Crux fidélis.

2. *Cant. de* 2. *Chor.*



℣. Quando ve- nit ergo ſa- cri Ple ni tú-



do témpo ris, Miſ- ſus eſt ab ar ce Pa-



tris, Na tus or- bis Cóndi tor : At que ven- tre



Vir gi- ná- li Car ne a mí ctus pró di it.

*Uterque Chor.* Dulce lignum.

2. *Cant.*


2. Cant. de
1. Chor.
℣. Va git in- fans inter ar- cta Cóndi tus
præ- ſé pi- a; Mem bra pan nis in vo- lú-
ta Vir go Ma- ter ál li gat, & De- i ma-
nus, pe- des- que Stri cta cin- git fá ſci a.
Uterque Chor. Crux fidélis.
2. Cant. de
2. Chor.
℣. Luſtra ſex qui jam pe ré- git, Tempus
im plens córpo ris, Spon te lí be- ra, Re-
dém-ptor, Paſ ſi- ó- ni dé di tus: A gnus in
Cru-



Cru- cis le- vá- tur Immo- lán-dus ſtí pi te.

*Uterque Chor.* Dulce lignum.

2. *Cant. de*
1. *Chor.*



℣. Fel le po- tus ec ce lan-guet, Spina, cla-



vi, lánce a Mi te cor pus per fo- rá-



runt, Un da ma- nat, & cru or: Ter ra, Pon-



tus, A ſtra, Mun-dus, Quo la- ván- tur flúmi ne!

*Uterque Chor.* Crux fidélis.

2. *Cant. de*
2. *Chor.*



℣. Flecte ra- mos, arbor al- ta, Tenſa la-


xa víſce ra, Et ri- gor len- té- ſcat il-
le, Quem de- dit na- tí vi tas: Et ſu- pér-
ni mem bra Re- gis Ten de mi- ti ſtí-
pi te.
*Uterq. Chor.* Dulce lignum.
2. *Cant. de*
1. *Chor.*
℣. So la di- gna tu fu í- ſti Fer re Mun-
di Ví- ċti mam: At que por tum pre pa- rá-
re Ar ca Mun- do náufrago, Quam ſa- cer
cru- or per- ún- xit, Fu ſus A- gni cór-

po-




*Uterque Chor.* Crux fidélis.

2. *Cant. de*
2. *Chor.*
















*Uterque Chor.* Dulce lignum.

5 Circa finem Adorationis Crucis Acolythi accendunt Candelas Altaris, & ſua Candelabra in Credentia. Quibus accenſis, Diaconus, factâ reverentiâ Celebranti (interim Subdiacono ſtante) accipit Burſam Corporalis, & Purificatorium de Credentia, & pergit ad Altare, ac facta Cruci genuflexione unico genu, & Altari reverentiâ; extrahit de Burſa Corporale. Mox, depoſitâ Burſâ

 in-

inter Candelabra cornu Evangelii, extendit Corporale more ſolito, ponit juxta illud Purificatorium in cornu Epiſtolæ, & rediens ad Celebrantem iterum ſedet cum Subdiacono, factâ priùs reverentiâ Altari, genuflexione Cruci, ac Celebranti inclinatione. Interim unus Acolythus cum debitis reverentiis defert Miſſale ad cornu Evangelii. Poſteà Diaconus, finita Adoratione, & factâ reverentiâ Celebranti (interim Subdiacono ſtante) accedit ad Pulvînum, & genuflectens unico genu Crucem reverenter aſſumit, & elevatam uſque ad oculos ambabus manibus ad Altare Officii portat, nulli reverentiam faciens; & (ſi opus fuerit) illum ſociabit Cæremoniarius. Celebrans verò tranſeunti Cruci ſurgit, & cum Subdiacono genuflectit unico genu, quod etiam faciunt omnes, qui ſunt in Eccleſia; ſed ſtatim ſurgunt, & Celebrans ſedet. Diaconus poſt collocationem Crucis genuflectit, & vadit ad Celebrantem, cui ſe inclinat, & cum eo, & Subdiacono ſedet, ſi mora detur ad Proceſſionem. Eodem tempore Acolythi removent Pannum, & alia, quæ plicata ad primum locum reportant, & ſtatim accipiunt de Credentia Candelabra. Interim exeunt ex Sacriſtia alius Thuriferarius cum Thuriferario Officii, & ſimul cum Thuribulis. Deinde alius Subdiaconus cum Planeta nigra plicata ſine Manipulo portans Crucem, quem duo Acolythi cum Candelabris excipiunt obviantes ei juxta oſtium Clauſtri. Sed ſi non detur Subdiaconus Cruciferus, unus Acolythus Cottâ indutus ſufficiet ad ferendam Crucem. Hi omnes à Cæremoniario conducti intrant Eccleſiam, & ante *Monumentum* genuflectunt, exceptis Crucifero, & Acolythis. Mox Cruciferus ſe ſiſtit inter Acolythos juxta Cancel-

los, verſa facie ad Altare, & cæteri tendunt ad Celebrantem.

6 Cum pervenerit Cruciferus ad Presbyterium, tunc ſurgunt Celebrans, & Miniſtri, ſi ſedebant, & Cruci Proceſſionali profundè ſe inclinant, quod etiam facit Communitas, quando ante ipſam tranſit. Deinde tendunt ad Altare *Monumenti*, ſi hoc ſit in Altari maiori; ſed ſi *Monumentum* ſit in aliqua Capella diſtante ab Altari Officii, tunc, cum pervenerit Cruciferus ad Presbyterium inter Acolythos, pergit ad Capellam, præeuntibus Thuriferariis; deinde Communitas, & ultimò Celebrans cum Miniſtris unus poſt alium, manibus junctis ante pectus. Omnes genuflectunt SS. Sacramento duplici genu præter Cruciferum, & Acolythos, qui ſe ſiſtunt ante Cancellos, verſa facie ad Altare, & Communitas hinc & inde per Capellam, ita ut Seniores ſint prope gradus Altaris. Cum autem Celebrans pervenerit ad inſimum gradum Altaris, genuflectit cum Miniſtris in plano, & ſurgens ſe ſiſtit genuflexum in infimo gradu, ibîque aliquantulum orat, vel in primo gradu poſt Suppedaneum, ſi Altare ſit irregulare, ut dicitur pag. 62. numer. 4. Interim duo ex Junioribus de Choro diſtribuunt Candelas accenſas Communitati, & alii duo Fratres afferunt Baldachinum, cujus haſtas ſtatim accipient quatuor ex Dignioribus Communitatis, vel ex nobilioribus Perſonis aſſiſtentium, ut dicitur in die antecedente numer. 5. pag. 63. Mox Sacriſta Cottâ, & Stolâ nigrâ indutus aperit oſtium Capſulæ. Deinde Celebrans ſurgit cum Miniſtris, imponit incenſum in Thuribulis ſine Benedictione, & genuflexus in eodem gradu ter incenſat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante & pòſt.

Tum

Tum Miniſtri imponunt Celebranti Velum Humerale album, & ſurgunt cum Celebrante, qui aſcendit cum Subdiacono, & ſe collocat genuflexus in labio Suppedanei, Diaconus verò ad Thronum accedit, præeuntibus Thuriferariis, Acolythis cum Cereis accenſis, & quatuor, vel ſex ex Junioribus Chori, ac Cæremoniario, ubi extrahit e Capſula Calicem; & deſcendens ad Altare illum ſtans tradit Celebranti adhùc genuflexo, ut in die antecedenti. Deinde genuflectit cum profunda reverentia SS. Sacramento, & ſurgens ſe collocat ad dextrum latus Celebrantis. Tum Celebrans ſurgit, & aſcendens ſuper Suppedaneum ſe vertit cum Miniſtris ad Populum, ipſis priùs mutantibus locum, ſcilicet, Diaconus ſe ſiſtens ad dexteram, & Subdiaconus ad ſiniſtram Celebrantis. Mox Cantores intonant ſequentem Hymnum, & Celebrans cum Miniſtris deſcendit, & ingreditur ſub Baldachinum. Tum omnes ſurgunt, & procedunt eodem ordine, quo die præcedenti dicitur num. 5. pag. 63. Interim Celebrans cum Miniſtris recitat aliquos Pſalmos, & Hymnum ſequentem, quem initiant Cantores, ut dictum eſt, & proſequitur Communitas.

*Hymnus.*
*Cant.*







tem pér- tu lit, Et mor-tem vi- tam pró tu- lit.
Quæ vul- ne rá- ta lán- ce- æ Mu cró ne di- ro,
crí- mi num Ut nos la vá- ret ſór-di bus, Ma ná-
vit unda, & ſán gui ne. Implé- ta ſunt, quæ cón-
ci nit Da vid fi dé- li cár-mi ne, Di céndo Na-
ti ó- ni bus: Regná- vit à li gno De- us.
Arbor de có- ra, & fúl- gi da, Orná ta Re-
gis púr-pu ra, E lé cta di-gno ſtí- pi te Tam

ſan-



ſan-cta mem-bra tán-ge re. Be á- ta, cu- jus



brá-chi is Pré ti um pe pén-dit Sæ-cu li, Sta-



té ra fa- cta Cór-po ris, Tu lít-que præ-dam



*Sequentes* ℣℣. *dicuntur, poſtquàm Communitas genuflectit.*

tár-ta ri.



O Crux a ve, ſpes ú- ni ca, Hoc Paſſi ó- nis



tém-po re Pi is ad áu-ge grá-ti am, Re ís-



que de- le crí-mi na. Te, fons ſa lú- tis Trí-



ni tas, Colláudet omnis ſpí- ri tus, Qui bus Cru-

cis







7 Cum perventum fuerit ad Altare Officii, Fratres per ordinem, flexis genibus, & Candelis accenſis, in Eccleſia permanebunt uſque ad finem Officii, ſed Juniores juxta gradus Altaris. Subdiaconus cum Cruce inter Acolythos etiam juxta gradus Altaris ſe collocabit, donec Celebrans ad Altare accedat, quia tunc revertitur cum alio Thuriferario in Sacriſtiam, comitatus ab Acolythis uſque ad oſtium Clauſtri, qui ſtatim accedunt ad Altare. Cum verò Celebrans accedit ad Altare, & ſe ſiſtit ante infimum gradum, mox duo ex Junioribus deferunt Baldachinum ad ſuum locum. Deinde Diaconus genuflexus in plano accipit à Celebrante adhuc ſtante Calicem, & ſurgens ipſum ponit in Altari ſuper Corporale, ibîque ſolvens Vittam, extendit Calicis Velum, ut in principio Miſſæ. Poſt traditionem Calicis genuflectit Celebrans cum Subdiacono in eodem plano eumdem Calicem adorans. Tum à Subdiacono exuitur Velo Humerali, ac ſurgens manet in infimo gradu genuflexus. Diaconus verò, facta genuflexione, deſcendit ad dexteram Celebrantis, qui ſurgens cum Subdiacono imponit Incenſum in Thuribulo ſine Benedictione, & genuflexus cum Miniſtris ter incenſat SS. Sacramentum. Deinde ſurgens aſcendit ad Altare, & cætera peraguntur, ut in Miſſali.

## §. X.

### *De Sabbato Sancto.*

1 ALtare habeat duo Frontalia, unum album, & ſupra illud aliud violaceum, removendum circa finem Litaniarum. Item extra Januam maiorem Eccleſiæ, vel in Atrio, ſeu in ipſius aditu (vel etiam in Clauſtro apud Regulares, ut hîc ait Merati in *Novis Obſervationibus ad Gavantum*, *num.* 2.) præparatur ſufficiens Credentia, Mappâ mundâ cooperta, ſine Cruce, nec Candelabris. Si verò Benedictio novi ignis fiat in hoc ultimo loco, ut apud nos ſemper fieri conſuevit, tunc in Angulo Clauſtri, oſtio Eccleſiæ proximo, ad dextrum latus reſpectu Celebrantis ſtantis in hac functione paretur dicta Credentia, in qua quaſi in cornu Evangelii ponatur Dalmatica, Stola, & Manipulus albi coloris pro Diacono, & alius Manipulus violaceus pro Subdiacono, quaſi in cornu Epiſtolæ: Parva etiam ibi ſit Candela extincta, quæ, ſi opus fuerit, ſit incluſa in Laterna: Lanx itidem cum quinque granis incenſi; Vas Aquæ benedictæ cum Aſperſorio; & in medio Credentiæ Miſſale clauſum: Item in eodem cornu dextro ponatur in aliqua baſi Arundo cum tribus Candelis extinctis in ſummitate, ut moris eſt; & in medio plani collocetur ſuper Scabellum Foculum, ſeu Vas aptum cum carbonibus etiam extinctis. Deinde Sacriſta, dum in Choro recitatur Nona, vel anteà, excutit ex ſilice ignem; & ipſe, vel alius ibi remanet, uſque dum Conventus prodeat ad Benedictionem.

2 Dictâ Nonâ, conveniunt Fratres in Anteſacriſtiam, de qua progrediuntur proceſſionaliter in hac forma: Præce-

cedunt Cæremoniarius, & Thuriferarius à ſiniſtris ejus cum Navicula, & Thuribulo ſine prunis. Tum Subdiaconus inter Acolythos ſine Cereis, portans Crucem, indutus Amictu, Albâ, & Planetâ plicatâ violaceâ, ſine Manipulo. Deinde Communitas per ordinem. Ultimò Celebrans indutus Amictu, Albâ, Stolâ, & Pluviali violaceo; & Diaconus à ſiniſtris ejus cum Amictu, Alba, Stola, & Planeta plicata etiam violacea, ſine Manipulis; ſed uterque manibus junctis ante pectus.

3 Cùm ventum fuerit ad præparatum locum, Subdiaconus cum Cruce ſe ſiſtit juxta januam Eccleſiæ in uno latere Clauſtri, verſa facie ad aliud, donec Communitas, & Celebrans tranſeant; quia tunc ſe ſiſtit in medio cum Cruce, verſa facie ad Celebrantem. Acolythi, & Thuriferarius tendunt uſque ad Credentiam, & ſe ſiſtunt in linea recta è contrario cornu, verſa facie ad ipſam, donec Celebrans tranſeat; Communitas verò hinc, & inde ſe ſiſtit, ita ut Juniores ſint circa Crucem, & Seniores prope Celebrantem. Celebrans autem ſe collocat poſt Foculum, verſa facie ad Crucem, & Communitatem; & Diaconus à dextris ipſius, paulo tamen poſt eum; ac ſimiliter Cæremoniarius à ſiniſtris Celebrantis. Tunc primus Acolythus accipit Miſſale de Credentia, & illud apertum ſuſtinet ambabus manibus uſque ad pectus ante Celebrantem, quaſi à dextris illius. Similiter alius Acolythus accipit Lancem Incenſi, & ſiſtit ad dextram Diaconi, & ad dextram iſtius Acolythi ſe collocat Thuriferarius cum Thuribulo. Mox Celebrans, manibus junctis, incipit ſine cantu, ſed clara voce, Benedictionem Ignis, dicens: *Dominus vobiſcum*, &c. ſed cum format Signum Crucis, Diaconus elevat fimbriam Pluvialis; ac in fine

Orationum à Choro reſpondetur: *Amen.* Igne novo benedicto, Celebrans benedicit quinque grana Incenſi, incipiens abſolutè ab illis verbis: *Veniat*, *quæſumus*, &c. Interim Thuriferarius forcipe immittit de carbonibus Ignis benedicti in Thuribulum, & accedit ad Celebrantem, qui, finita oratione, Diacono parùm inclinato, miniſtrante cum oſculis Naviculam, & dicente: *Benedicite, Pater Reverende*, ter de more ponit, & benedicit Incenſum. Item Acolythus Libri, finita Oratione, claudit ipſum Librum, & illum ponit in Credentia, ac ab ea accipit Vas Aquæ benedictæ, & accedit ad dextram Diaconi, qui ab eo accipit Aſperſorium, Aqua luſtrali intinctum, ſine oſculis; & illud cum oſculis tradit Celebranti. Tum Celebrans ter aſpergit Incenſi grana, ſcilicet in medio, à dextris, & à ſiniſtris; & ter ſimiliter novum Ignem, dicens ſubmiſſa voce: *Aſperges me*, &c. ſine Pſalmo. Deinde Diaconus eodem modo miniſtrat Thuribulum, & Celebrans cum illo ter adolet grana, & ter Ignem, uti ſupra aſperſit, nihil dicens. Quo facto, Diaconus tendit ad Credentiam, ubi, depoſitis violaceis Paramentis, induit Manipulum, Stolam, & Dalmaticam albi coloris. Interim Acolythus Vaſis, eo depoſito, accipit de Credentia Manipulum violaceum, quod defert Subdiacono; ac rediens accipit parvam candelam, quam accendit de novo Igne, eamque (ſi opus fuerit) in Laterna includit, ne à vento extinguatur. Interim omnes Eccleſiæ Lampades extinguuntur. Denique Diaconus accedit cum Thuriferario ad dexteram Celebrantis, qui, ipſo miniſtrante, ponit Incenſum in Thuribulo in ea quantitate, quæ ſufficere valeat pro Proceſſione, & ad Librum incenſandum, antequàm Diaconus cantet *Præconium.*

His

4 His expletis, Diaconus accipit à Cæremoniario Arundinem cum tribus Candelis extinctis, & ordinatur Proceſſio. Præcedit Cæremoniarius. Tum Thuriferarius cum Thuribulo fumigante, ſimul cum Acolytho Lancis eunte ab ejus dextra Lancem ipſam utrâque manu elevante. Poſteà Subdiaconus ſolus cum Cruce. Deinde Communitas per ordinem; & poſt eam Diaconus cum Arundine habens à ſiniſtris alium Acolythum cum Candela accenſa. Ultimò ſolus Celebrans procedit. Cum autem Celebrans Eccleſiam ingreſſus fuerit, ſiſtunt omnes, & Diaconus inclinat Arundinem, ut una ex tribus Candelis ab Acolytho accendatur. Hac accensâ, ſtatim Diaconus, elevata Arundine, cum cæteris omnibus genuflectens, præter Subdiaconum, ſolus mediocri voce cantat:




*Poſteà omnes ſurgunt, & Chorus reſpondet:*




Deinde procedens ad medium Eccleſiæ, ibi accenditur ab Acolytho alia Candela, & iterum, omnibus genuflexis, altiùs cantat eadem verba, Choro reſpondente, ut ſupra.




Tandem continuatur Proceſſio uſque ad Altare, ubi Thuriferarius, & Acolythus Lancis ſe ſiſtunt ante infimum gradum, & ante, vel inter eos Subdiaconus cum Cru-

Cruce. Poſt iſtum in competenti diſtantia ſe ſiſtit Diaconus, & poſt eum Celebrans. Accenſâ autem tertiâ Candelâ, tertiò, & ſublimiùs cantat Diaconus ſupradicta verba, reſpondente ſimiliter Choro:



Lu men Chri ſti. *Chorus.* De o grá ti as.

5 Quibus peractis, Fratres, facta priùs genuflexione Altari unico genu, tendunt ad Chorum. Diaconus tradit Arundinem Acolytho Candelæ. Hic autem Acolythus cum Subdiacono, & aliis Acolythis vadit ad Lectorile in cornu Evangelii, ubi ſe collocant ſequenti ordine. Subdiaconus cum Thuriferario à dextris ſe collocat inter parietem, & Lectorile, verſa facie ad cornu Epiſtolæ, ad quod, ſeu ad Celebrantem, etiam facies Crucifixi aſpiciet. E contra Acolythus Arundinis cum Acolytho Lancis à ſiniſtris, ſe ſiſtit inter Lectorile, & Populum, ad hunc terga vertente, donec Diaconus accedat; quia tunc iſti duo Acolythi eodem ordine ſe collocant juxta Diaconum, terga vertentes ad cornu Epiſtolæ. Celebrans verò cum Diacono à ſiniſtris, factâ Cruci debitâ reverentiâ ante infimum gradum, ſeu in ipſo, aſcendit ad Altare, quod in medio oſculatur, & tendit ad cornu Epiſtolæ, ubi ad idem Altare ſe vertit, donec Diaconum benedicat. Interim Diaconus accipit à Cæremoniario Librum, quem tenens utrâque manu ante pectus, omiſſo *Munda cor meum*, & factis debitis reverentiis, petit de more Benedictionem à Celebrante, quam recipit ſine oſculo manûs, ipſo Celebrante dicente: *Dominus ſit in corde*

*tuo*,

*tuo, & in labiis tuis, ut dignè, & competenter annunties ſuum Paſchale Præconium: In nomine Patris*, &c. Poſteà Diaconus, facta Celebranti inclinatione, & ante medium Altaris genuflexione, tendit ad Lectorile, ſuper quod Librum apertum ponit, ſtans verſa facie ad Populum, Librúmque ter incenſat, ut in Miſſa, ſed ſe non ſignat, neque Librum. Deinde incipit cum cantu: *Exultet jam Angelica Turba*, &c. & poſtquam dicit illa verba: *Curvat Imperia*; tendit cum Acolytho Lancis ad Cereum Paſchalem, qui in eodem cornu Evangelii debet eſſe poſitus ſuper Candelabrum. Tunc in Cereo ſic poſito (ſi commodè fieri poteſt, aliàs in ipſo per Thuriferarium amoto de Candelabro) infigit quinque grana Incenſi in modum Crucis, ſcilicet, in ſuperiori parte, in medio, & in inferiori, deindè à parte dextra, & à ſiniſtra. Quo facto, redit ad Lectorile, & Acolythus, depoſita Lance in Credentia, accipit Candelam extinctam, & redit ad ſuum locum. Deinde Diaconus, poſtquàm dicit verba: *Rutilans ignis accendit*, ad Cereum accedit cum Acolytho Arundinis, & illum accendit cum una ex tribus Candelis. Dictis autem verbis: *Apis Mater eduxit*, ceſſat à cantu, donec Acolythus Candelæ illam accendat in Cereo, vel in una ex tribus Candelis Arundinis, & cum eâ accendat proximas Lampades Eccleſiæ, & tunc cantus proſequitur. Sacriſta verò alias Lampades accendere poteſt. Cum Pontifex nominatur, omnes ſe inclinant, & loco Imperatoris dicitur: *Fideliſſimum Regem noſtrum N.*, ſicut in Patriarchatu pro Antiſtite, dicitur: *Patriarcha noſtro N.*; ſed, Sede Vacante, omittitur.

6 Finita Benedictione Cerei, clauditur Liber à Diacono, & ibi relinquitur. Acolythus Arundinem figit in baſi po-

poſita in eodem cornu Evangelii, cujus Candelæ etiam ardent ad Veſperas hujus diei, & non ampliùs. Subdiaconus deponit Crucem in eodem cornu, & tendit ad Celebrantem, facta Altari genuflexione. Celebrans verò, facta Cruci inclinatione, tendit ad Scamnum, ſeu Scabellum, quod pro illo, & Miniſtris poſitum eſſe debet in cornu Epiſtolæ; ſed antequàm ſedeat, exuitur à Subdiacono, & Cæremoniario Pluviali, ac induitur Caſulâ, & Manipulo violaceo. Interim Diaconus, facta Altari genuflexione, & depoſitis albis Paramentis in Credentia, aſſumit Manipulum, Stolam, & Planetam violaceam, ac vadit ad Celebrantem. Tunc Celebrans ſurgit, & cum Miniſtris aſcendit ad Altare in cornu Epiſtolæ, ubi omnes ſtant, ut in principio Miſſæ. Cætera fiunt, ut in Miſſali.

7 Si verò Benedictio novi Ignis fiat in Atrio extra Januam Eccleſiæ, tunc ad illud procedit Conventus eodem modo, quo ad Clauſtrum. Subdiaconus ſe ſiſtit ad Portam Eccleſiæ, ad eam, vel ad Altare (ſi Benedictio in aditu Eccleſiæ fiat) terga vertens; faciem verò ſuam, & Crucifixi vertat Celebranti. Celebrans autem ſe ſiſtit poſt Foculum, verſa facie ad Crucem; & cætera fiunt, ut ſuprà.

8 Poſt Miſſam Sacriſta paratus Cottâ, Stolâ, & Pluviali albi coloris, ſeu in ejus defectu Velo Humerali cum aliquibus Fratribus cum Candelis accenſis, vel (ſi deſint) ſaltem cum duobus Acolythis, & Thuriferario cum Thuribulo, reportat ſub Umbelam, minorem Pyxidem Sacram cum SS. Sacramento ex Oratorio ſecreto ad Altare maius, interim recitans Hymnum *Te Deum laudamus*, aut Pſalmum *Miſerere*, &c. Cum ad illud perve-

venerint Fratres, genuflexi manent, & Sacerdos aſcendit ad Altare, ubi ſuper Corporale in ipſo jam extenſum collocat Sacram Pyxidem minorem, quam ſtatim diſcooperit. Deinde genuflectit, & ſurgens aperit maiorem Sacram Pyxidem, ſeu Oſtenſorium, quod etiam in cornu Epiſtolæ juxta Corporale collocatum erit. Tum extrahit ex minori Pyxide Sacram Hoſtiam, ex præcedenti renovatione reſervatam, quam collocat in Lunula Oſtenſorii, & iſtud, ac Pyxidem claudit. Quo facto, genuflectit, aperit Sacrarium, & in eo Oſtenſorium recondit, ac iterum genuflectens claudit Sacrarii Oſtium. Deinde accipit Sacram Pyxidem cum SS. Sacramento, & cum ſociis tendit ad Altare Communionis, ubi in Sacrario eam includit, factis debitis reverentiis, ac poſteà diſcedit.

9 Cereus Paſchalis ardet hodie ad Miſſam, Veſperas, & Completorium. Ad Matutinum ſequentis diei, ad Veſperas, & Miſſas trium ſequentium dierum, ad Miſſam in Sabbato in Albis, & in omnibus Dominicis uſque in Aſcenſionem ad Miſſam Conventualem, & Veſperas. Ad primas Veſperas Aſcenſionis, & ad Miſſam uſque ad finem Evangelii, quo cantato, extinguitur.

## §. XI.

### *Proceſſio in Aurora Dominicæ Reſurrectionis.*

1 IN Aurora Dominicæ Reſurrectionis poſt Matutinum, & Laudes tendit Celebrans cum Miniſtris in Sacriſtiam, ubi Religioſi, qui induendi ſunt ad Proceſſionem, jam eſſe debent. Cruciferus induit Amictum, Albam, & Tunicelam albi coloris, ſi commodè fieri poſſit,

ſit, aliàs ſufficiet Acolythus cum Cottâ. Thuriferarius ſecundus, (ſi dari poſſit) induitur Cottâ, & ſi numerus Religioſorum permiſerit, quatuor, vel plures Religioſi induuntur Amictu, Cottâ, & Pluviali albi coloris ad haſtas Baldachini ferendas, ſed ſine Stolis. Interim è Choro deſcendunt Fratres in Clauſtrum, vel in Ante-Sacriſtiam. Deinde procedunt omnes ad Eccleſiam ſequenti ordine.

2 Præcedunt Thuriferarii cum Thuribulis. Tum Subdiaconus Cruciferus cum Cruce inter Acolythos cum Cereis accenſis, & poſt eos Cæremoniarius. Poſteà Fratres per ordinem. Deinde Religioſi parati Pluvialibus, ſi adſint. Ultimò Celebrans inter Sacros Miniſtros fimbrias Pluvialis elevantes, ſed omnes induti iiſdem Paramentis, quibus induti erant. Quando perveniunt ad Altare, unico genu omnes genuflectunt, præter Cruciferum, & Acolythos. Cruciferus cum Acolythis ſe ſiſtit juxta gradus Altaris in cornu, à quo Proceſſio exitura eſt. Thuriferarii accedunt ad Celebrantem in cornu Epiſtolæ. Fratres hinc, & inde ſe dividunt per Choros, ſed Juniores juxta Crucem, & omnes ſtantes, donec Celebrans ante Altare genuflectat, quia tunc ad illud versùs genuflexi manent. Religioſi parati (ſi adſint) ſe ſiſtunt per ordinem genuflexos in medio ante Altare. Celebrans verò dum accedit, genuflectit cum Miniſtris in plano unico genu, & ſurgens iterum cum eis genuflectit in infimo gradu, vel aſcendit, & ſiſtit genuflexus in primo gradu proximo Suppedaneo, ſi Altare non ſit regulare, ut dicitur §. 7. num. 4. pag. 62. & paululùm orat. Interim duo ex Junioribus de Choro accendunt Candelas Communitatis, & alii duo portant Baldachinum ad medium

pla-

plani, ubi Religioſi parati, vel in eorum defectu Digniores, ſeu Antiquiores de Choro (Præſide excepto) ſurgentes aſſumunt haſtas, & ſtant, donec Celebrans ſub illud intret, ut dicitur §. 7. num. 3. pag. 61. Poſt Orationem Celebrantis ſurgit tantùm Diaconus, & aperit oſtium Sacrarii, quo facto, genuflectit, & ſurgens extrahit Oſtenſorium, quod reverenter ponit ſuper Corporale, ac iterum genuflectens redit ad primum locum. Sed, ſi Sacrarium ſit in eminenti loco, tunc Diaconus ſociatus ab Acolythis cum Cereis accenſis, & uno Thuriferario cum Thuribulo ad illud aſcendit, & eiſdem reverentiis ex eo extrahit Oſtenſorium; vel hoc faciet Sacriſta, Cottâ, & Stolâ albâ indutus, qui in deſcenſu tradit Diacono Oſtenſorium; ſuſcepto Oſtenſorio, illud portat Diaconus ad Altare, & collocat ſuper Corporale, ac redit ad Celebrantem, ut ſuprà. Tunc ſurgit Celebrans cum Miniſtris, & imponit Incenſum ſine Benedictione, Diacono Naviculam miniſtrante ſine oſculis. Mox genuflexus in eodem gradu ter incenſat cum primo Thuribulo, & cum profunda reverentia SS. Sacramentum. Poſteà Diaconus, Subdiacono adjuvante, ei imponit Velum Humerale. Deinde ſurgunt, & Celebrans cum Subdiacono aſcendit, & ſe ſiſtit genuflexum in labio Suppedanei, vel in primo gradu, ſi aliter fieri non poſſit. Diaconus verò ſe collocat in Suppedaneo, ubi genuflectit utroque genu, ac ſurgens accipit Oſtenſorium dextrâ manu infra nodum, & ſiniſtrâ per baſim, ipſúmque ſtans tradit Celebranti adhuc genuflexo, ſed Celebrans illud recipit dextrâ manu per nodum, & ſiniſtrâ per baſim. Poſteà ante SS. Sacramentum genuflectit cum profunda reverentia, ac ſurgens ſe collocat ad latus dextrum Celebrantis. Tunc

Celebrans ſurgit, & mutantibus Miniſtris loca ſua, ſe ſiſtit cum illis in Suppedaneo versùs Populum, ipſis fimbrias Pluvialis, &, cum opus ſit, brachia ejus ſublevantibus. Tunc à Choro adhuc genuflexo cantantur ſequentes Antiphonæ.




Can-


*Canto-res.* EX úrgam di lú cu lo.
*Chorus.* Al le- lú ia, al le- lú ia.
*Aña.* REgí na Cœ- li, læ tá-
re, al le- lú- ia: qui a quem me- ru-
í- ſti por- tá- re, al le-
lú- ia: re ſur ré- xit, ſi- cut di xit, al le-
lú ia. O- ra pro no- bis De- um, al le-

lú-




3 Finitis Antiphonis, & intonato à Cantoribus ſequenti Hymno, ſurgunt omnes, & Celebrans cum Miniſtris deſcendit ſub Baldachinum, ac inchoatur Proceſſio. Præcedit Cruciferus cum Cruce inter Acolythos cum Cereis accenſis. Tum Communitas per ordinem cum Candelis accenſis in manu extimâ, & Manualibus in intima manu. Deinde Thuriferarii continuò, ac blandè Thuribula cum Incenſo moventes. Poſtremò Celebrans inter Sacros Miniſtros ſimbrias Pluvialis elevantes, & cum eo Hymnos, aut Pſalmos recitantes.

## STATIO PRIMA.

*Hymnus.*













be rum E dú cit ad vi tæ ju bar. Cu jus ſe púlchrum
plú ri mo Cu ſtó de ſignábat la pis, Victor tri-
úmphat, & ſu o Mortem ſe púlchro fú ne rat. Sat
fú ne ri, ſat láchrymis, Sat eſt da tum do ló ri bus:
Surré xit extínctor ne cis, Clamat co rúſcans An-
ge lus. Ut ſis pe rénne ménti bus Paſ chá le Je ſu
gáudi um, A morte di ra crí mi num Vi tæ re-
ná tos lí be ra.

Se-

*Sequens ℣. non dicitur niſi poſtquàm omnes genuſlectunt.*




4 Cum ventum fuerit ad primam Stationem genuflectunt Fratres, ſi ibi ſint Altaria, ubi SS. Sacramentum collocari poſſit. Tunc Diaconus genuflexus accipit à Celebrante adhuc ſtante Oſtenſorium, & ſurgens illud ponit in Altari. Interim Celebrans genuflectit cum Subdiacono, à quo, & à Cæremoniario exuitur Velo Humerali. Tum Diaconus, depoſito Oſtenſorio, genuflectit, & mox Celebrans cum Miniſtris ſurgit, & imponit Incenſum in primo Thuribulo, ac genuflexus profunda inclinatione ter thurificat SS. Sacramentum. Interim Cantores genuflexi cantant ſequentem ℣. quo dicto, Celebrans ſurgit, & ſtans (Miniſtris genuflexis, ac Librum tenentibus) dicit manibus junctis ante pectus ſequentem Orationem.

*Can-*




Orémus.

DEus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum, devícta morte, reſeráſti: Vota noſtra, quæ præveniéndo aſpíras, etiam adjuvándo proſéquere. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

5 Finita Oratione genuflectit Celebrans, & Diaconus ei imponit Velum Humerale, Subdiacono adjuvante. Poſteà ſurgit Diaconus, & genuflectens ante SS. Sacramentum, iterum ſurgit, & accipit Oſtenſorium, quod tradit Celebranti genuflexo. Mox ſurgunt omnes, Miniſtris mutantibus loca, & continuatur Proceſſio; quod etiam in aliis Stationibus obſervari debet. Si autem per Clauſtra non ſint Altaria conſueta, tunc nulla Statio fiet; ſed Fratres, omiſſis Reſponſoriis, procedunt per Clauſtra uſque ad Eccleſiam, prædictum Hymnum decantantes, (& ſi opus ſit) etiam Hymnus *Ad Regias Agni dapes*, cantabitur. Dum perventum fuerit ad Altare maius,

omnia fiant, ut dicitur infra in quinta Statione. Cantores cantant ℣. *Crucifixus ſurrexit*, &c. & Celebrans Orationes ibi poſitas.

## STATIO SECUNDA.





in li- gno. * Et pro.

℣. Surréxit Dóminus verè: Allelúia.
℟. Et appáruit Simóni: Allelúia.

*Oratio, ut in prima Statione.*

## STATIO TERTIA.



℟. CHri- ſtus re ſúr- gens ex mór-



tu is jam non mó- ri tur; mors il- li



ul- trà non domi ná- bi tur: quod e- nim



mór- tu us eſt pec cá- to, mór tu us eſt



ſe- mel; quod autem vi- vit, vi-



vit De- o. * Al le- lú- ia. Al-



le- lú ia. Al- le- lú- ia. ℣. Mór tu- us



eſt ſe- mel propter de- lí- cta no-



ſtra, & re ſurré xit propter ju- ſti fi ca ti- ó-



nem no- ſtram. * Al lelúia.

℣. Surréxit Dóminus de ſepúlchro : Allelúia.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno : Allelúia.

*Oratio, ut ſuprà.*

## STATIO QUARTA.



℟. E Xpur gá- te ve- tus fer mén- tum, ut




℣. Gaude, & lætáre Virgo María : Allelúia.
℟. Quia ſurréxit Dóminus verè : Allelúia.

*Oratio, ut ſuprà.*

## STATIO QUINTA.




no-

autem, depoſito Oſtenſorio, genuflectit, & venit ad dextrum latus Celebrantis. Interim Celebrans cum Subdiacono ſurgit, &, miniſtrante Diacono, imponit Incenſum ſine Benedictione. Deinde genuflexus ter thurificat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & poſt. Quo facto, Cantores genuflexi cantant.

℣. Crucifíxus ſurréxit à mórtuis: Allelúia.
℟. Et redémit nos: Allelúia.

*Celebrans verò ſtans (genuflexis Miniſtris, & Librum tenentibus) cantat manibus junctis.*

℣. Dóminus vobíſcum, &c. Orémus. Deus, qui hodiérna die, &c. *ut ſuprà in prima Statione. Deinde*

Deus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue quæſumus, ita nos Córporis, & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári: ut Redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus. Qui vivis, & regnas per ómnia ſæcula ſæculórum. Amen.

7 Quibus dictis, genuflectit, & Miniſtri ei imponunt Velum Humerale. Deinde omnes ſurgunt, & ſolus Celebrans aſcendit ad Altare, ubi genuflectens utroque genu accipit Oſtenſorium, & cum illo benedicit Populum nihil dicens, Miniſtris in primo gradu ſuperiori genuflexis remanentibus, ſi in eo anteà non erant. Quo facto, perficiens circulum, ſe vertit ad Altare, ubi repoſito Oſtenſorio ſuper Corporale, genuflectit, & redit ad ſuum locum, in quo genuflexus manet cum Subdiacono à ſiniſtris. Mox ab iſto, vel à Cæremoniario, exuitur Velo Humerali. Interim Diaconus ſurgit, aſcendit ad Altare,

& factâ genuflexione aperit Sacrarium, ac in eo deponit Oſtenſorium, & iterum factâ genuflexione, ac clauſo oſtio, redit ad dexteram Celebrantis. Si verò Sacrarium ſit in eminenti loco, Diaconus ad illud aſcendit, vel ad introitum Oſtenſorium tradit Sacriſtæ parato, ut illud recludat. Tunc ad ſignum Præſidentis regrediuntur omnes eo ordine, quo venerant, cum Pſalmo *Deus, miſereatur noſtri*, &c. quo finito, aſcendunt Fratres in Chorum ad Primam recitandam, & cum tempus fuerit, cantabitur Miſſa poſt Tertiam.

## §. XII.

### *Proceſſio in Litaniis Maioribus, & Minoribus.*

1 LItaniæ ſolùm duplicantur Sabbato Sancto, & in Vigilia Pentecoſtes; non autem in die Sancti Marci, & in Triduo ante Aſcenſionem, neque in aliis Proceſſionibus, quæ pro diverſis neceſſitatibus faciendæ ſunt. Sed notandum eſt, quòd quando Feſtum S. Marci venerit in Dominica Reſurrectionis, Proceſſio Litaniarum transfertur in Feriam tertiam ſequentem, & in ea utitur colore violaceo, ac obſervatur ordo præſcriptus in §. 2. At in his, & ſimilibus Proceſſionibus non adhibetur Thuribulus.

2 In Litaniis dicendis ſervabitur hic ordo. Omnes Fratres, poſtquàm proceſſionaliter ingreſſi fuerint maiorem Capellam, genuflectunt in plano, pauliſpérque orant; ſed Sacerdos, & Miniſtri (ſi adſint) paramentis violaceis induti ſine Manipulis, in infimo gradu Altaris. Deinde omnes ſurgunt, & Cantores incipiunt Antiphonam ſequentem, quam Chorus proſequitur.

Aña.


Aña. E X úrge, Dó- mi- ne, ád- ju- va
nos, & lí be ra nos pro pter no men
tu- um.
Pſ. De us, áu- ri bus no- ſtris au dí- vi mus,
Pa tres noſtri annunti a vé- runt no- bis.
℣. Gló- ri a Pa tri, & Fí li o, & Spi rí-
tu i San cto: ſi cut e rat in prin cí pi o, &
nunc, & ſem per, & in ſæcu la ſæ cu ló- rum.




*Repetitur Aña* Exúrge, Dómine, *&c.*

3 His dictis, iterum genuflectunt, & Cantores Litanias incipiunt, Choro repetente eoſdem Verſiculos uſque ad *Chriſte, exaudi nos*, incluſivè. Ad ℣. *Pater de Cœlis Deus*, reſpondit Chorus: *Miſerere nobis*, & ſic deinceps. Poſt ℣. *Sancta Maria*, &c. omnes ſurgunt, & egrediuntur ad Stationes per Clauſtra, ut infrà notatur. At in Sede Vacante: omiſſis verbis ut *Domnum Apoſtolicum*, dicitur: ℣. *Ut omnes Eccleſiaſticos Ordines*, &c. ſicut etiam omittitur ℣. Oremus pro Pontifice N. & Oratio competens.

4 In reverſione ad Eccleſiam omnes genuflectunt coram Altari. Sacerdos autem cum dicturus eſt ℣. *Dominus vobiſcum*, ſurgit, ac etiam Miniſtri, qui & Librum tenebunt. Finitis Orationibus, & cæteris Verſiculis, cantari etiam poteſt Antiphona, ℣. & Oratio Titularis propriæ Eccleſiæ, quibus dictis, & factis debitis reverentiis, omnes redeunt ad Ante-Sacriſtiam cum Pſalmo *Deus miſereatur*, &c.

5 Tandem advertendum eſt, quod omnes Verſiculi in hac Litania notati hoc ſigno *, tantùm cantari debent in Proceſſionibus, quæ fiunt in Expoſitione, & Repoſitione SS. Sacramenti pro Oratione 40 Horarum; in aliis verò Proceſſionibus omitti debent.

# LITANIÆ.


Cantores.
K Y ri e e lé i ſon. *Chorus repetit.*
Cantores.
Chri ſte e lé i ſon. *Chorus repet.*
Cantores.
Ky ri e e lé i ſon. *Chorus repet.*
Cantores.
Chri ſte audi nos. *Chorus repet.*
Cantores.
Chri ſte ex áu di nos. *Chorus repet.*
Cant.
Pa ter de Cœ lis De us, *Chorus.* Mi ſe ré-
re no bis.

Cant.



Fi li Re dém ptor mun di De us,



*Chor.* Mi ſe ré re no bis.

Cant.



Spí ri tus Sancte De us, *Chor.* Mi ſe ré-



re no bis.

Cant.



San cta Trí ni tas unus De us, *Chor.* Mi ſe-



ré re no bis.

## STATIO PRIMA.

Cant.



San cta Ma rí a, *Chor.* O ra pro no bis.

San-

Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes Sancti Angeli, & Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes ſancti beatórum Spiríttuum Ordines, oráte.
Sancte Joánnes Baptíſta, ora.
Sancte Joſeph, ora.
Sancte Pater noſter Elía, ora.
Sancte Eliſæe, ora.
Omnes Sancti Patriárchæ, & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andræa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes Sancti Apóſtoli, & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes Sancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes Sancti Innocéntes, oráte.

STA-

## STATIO SECUNDA.

Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntì, ora.
* Sancte Dionyſi, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Angele, ora.
Sancti Fabiáne, & Sebaſtiáne, oráte.
Sancti Joánnes, & Paule, oráte.
Sancti Coſma, & Damiáne, oráte.
Sancti Gerváſi, & Protáſi, oráte.
Omnes Sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéſter, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambróſi, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Cyrílle, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes Sancti Pontífices, & Confeſſóres, oráte.
Omnes Sancti Doctores, oráte.

## STATIO TERTIA.

Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Franciſce, ora.

San-

* Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Albérte, ora.
Sancte Pater Joánnes à Cruce, ora.
Omnes Sancti Sacerdótes, & Levítæ, oráte.
Omnes Sancti Mónachi, & Eremítæ, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anaſtáſia, ora.
Sancta Mater noſtra Téreſia, ora.
Omnes Sanctæ Vírgines, & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.

## STATIO QUARTA.




Propítius eſto, Exáudi nos, Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
* A flagéllo terræmótus, líbera.
* Ab imminéntibus perículis, líbera.
* A peſte, fame, & bello, líbera.
A ſubitánea, & improviſa morte, líbera.

Ab inſídiis diáboli, líbera.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, líbera.
A ſpíritu fornicatiónis, líbera.
A fúlgure, & tempeſtáte, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per Myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Advéntum tuum, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Baptíſmum, & ſanctum Jejúnium tuum, líbera.
Per Crucem, & Paſſiónem tuam, líbera.
Per Mortem, & Sepultúram tuam, líbera.
Per ſanctam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per Advéntum Spíritus Sancti Parácliti, líbera.
In die Judícii, líbera.

## STATIO QUINTA.



Pec ca tó res, Te ro gámus, audi nos.

Ut nobis parcas, Te rogám.
Ut nobis indúlgeas, Te rogám.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, Te rogám.
Ut Eccléſiam tuam ſanctam régere, & conſerváre dignéris, Te rogám.
Ut domnum Apoſtólicum, & omnes Eccleſiáſticos Ordines in ſancta religióne conſerváre dignéris, Te rogám.

Se-

*Sequens ℣. omittitur in Expoſitione, & Repoſitione Laudis-perennis.*

Ut inimícos Sanctæ Eccléſiæ humiliáre dignéris, Te rogám.
* Ut Turcárum, & Hæreticórum conátus reprímere, & ad níhilum redígere dignéris, Te rogám.
Ut Régibus, & Princípibus Chriſtiánis pacem, & veram concórdiam donáre dignéris, Te rogám.
Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem, & unitátem largíri dignéris, Te rogám.
Ut nosmetípſos in tuo ſancto ſervítio confortáre, & conſerváre dignéris, Te rogám.
Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas, Te rogám.
Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempitérna bona retríbuas, Te rogám.
Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquórum, & benefactórum noſtrórum ab ætérna damnatióne erípias, Te rogám.
Ut fructus terræ dare, & conſerváre dignéris, Te rogám.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, Te rogám.
Ut nos exaudíre dignéris, Te rogám.
Fili Dei, Te rogám.



*Cantores.* Ag nus De- i, qui tol lis peccá ta mundi,



*Chorus.* Par ce no bis, Dómi ne.



A gnus De- i, qui tol lis peccá ta mundi,



Exáudi nos, Dómi ne.



A gnus De- i, qui tol lis peccá ta mundi,



Mi ſe ré re no bis.

Cant. 

Chri ſte audi nos.

*Chor. idem repetit. uſque ad ultimum* Kyrie eléiſon, *excluſivè.*



Chri ſte ex áudi nos. Ky ri e e lé i ſon.



Chri ſte e lé i ſon. Ky ri e e- lé- i ſon.

*Sacerdos* Pater noſter. *Reliqua ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.

Duo

*Duo Cantores. Pſalmus 69.*



D E- us, in adju tó ri um me um in ténde,



Dómi ne, ad adju ván dum me ſe ſtí- na.

Confundántur, & revereántur: * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórſum, & erubéſcant: * qui volunt mihi mala.

Avertántur ſtatim erubeſcéntes: * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent, & læténtur in te omnes, qui quærunt te: * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus, & pauper ſum: * Deus ádjuva me.

Adjútor meus, & liberátor meus es tu: * Dómine nè moréris.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Sicut erat in princípio, &c.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperántes in te.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis.

℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Dómine, non ſecúndùm peccáta noſtra fácias nobis.

℟. Neque ſecúndùm iniquitátes noſtras retríbuas nobis.

℣. Orémus pro Pontífice noſtro N.

℟. Dóminus conſérvet eum, & vivíficet eum, & beátum

tum fáciat eum in terra, & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

℣. Orémus pro benefactóribus noſtris.

℟. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter Nomen tuum, vitam ætérnam. Amen.

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis.

℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro frátribus noſtris abſéntibus.

℟. Salvos fac ſervos tuos: Deus meus ſperántes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de Sancto.

℟. Et de Sion tuére eos.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram: ut nos, & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa conſtríngit, miſerátio tuæ pietátis cleménter abſólvat.

EXáudi, quæſumus Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus, & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, miſericórdiam tuam cleménter oſténde: ut ſimul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis, quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpâ offénderis, pœniténtia placáris, preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris merémur, avérte.

Om-

OMnípotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro N. & dírige eum ſecúndùm tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ: ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, & tota virtúte perfíciat.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consília, & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſubláta formídine, témpora ſint tua protectióne tranquílla.

URe igne Sancti Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine, ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur.

ACtiónes noſtras, quæſumus Dómine, aſpirándo præveni, & adjuvándo proſéquere; ut cuncta noſtra orátio, & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui vivórum domináris, ſimul & mortuórum, omniúmque miſeréris, quos tuos fide, & ópere futúros eſſe præſnóſcis; te ſúpplices exorámus; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quoſque vel præſens ſæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit; intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictórum ſuórum véniam conſequántur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitá-

táte Spíritûs Sancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Cantores.*



Ex áu di at nos Omní po tens, & mi ſé ri-



cors Dómi nus.

*Chorus.*



Et cu ſtó di at nos ſemper. Amen.

Et Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

## §. XIII.

*De Octava, & Solemni Proceſſione SS. Corporis Chriſti.*

1 FEſtum SS. Corporis Chriſti, ejúsque Octava ſummâ cum reverentiâ, & devotione in omnibus Conventibus noſtris celebranda eſt. Præparatâ itaque Eccleſiâ, quantùm fieri poſſit, ornetur Monumentum numero Candelarum, (quæ, ſi fieri poteſt, non ſint minus triginta) præveniatúrque in Throno Oſtenſorium cum Hoſtia Conſecrata; ac dato ſigno ad Orationem veſpertinam Feriæ Quartæ, ingrediantur Fratres proceſſionaliter in Capellam maiorem, Candelas in manibus geſtantes. Poſt eos ſequitur Thuriferarius cum Thuribulo. Deinde

de Acolythi Cæreis accenſis. Poſteà Prælatus indutus Amíctu, Albâ, Stolâ, & Pluviali albi coloris ſine Manipulo. Cum pervenerint ante Altare Expoſitionis, omnes Fratres bini, & bini genuflectunt unico genu, & ſe ſiſtunt in ſuis locis genuflexos, ubi duo ex Junioribus omnium Candelas accendunt. Celebrans verò cum aliis Acolythis etiam genuflectit in plano ante infimum gradum Altaris. Deinde ſurgit, & ibidem ponit Incenſum in Thuribulo ſine Benedictione, nec oſculis. Poſteà genuflexus ibi in infimo gradu ter incenſat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & pòſt. Interim Cantores incipiunt cum cantu Hymnum *Tantum ergo Sacramentum*, quem Chorus proſequitur uſque ad *Genitori* incluſivè. Quo dicto, Cantores genuflexi dicunt ℣. *Panem de Cælo*, &c. cum Alleluia, & Celebrans ſtans cantat ℣. *Dominus vobiſcum*, & Orationem *Deus, qui nobis*, &c. ut in 5. Statione hujus Proceſſionis pag. 159. Poſteà genuflectit in plano duplici genu, & cum Acolythis recedit ad ſuum locum, ubi à Thuriferario exuitur Pluviali, & genuflexus habet de more cum Communitate Orationem mentalem. Hac expletâ, recitatur *Completorium* ſine Aſperſione Aquæ benedictæ in fine (quia hæc in tota hac Octava fieri debet poſt conſuetum Examen conſcientiæ, Hebdomadario in medio Chori initiante Antiphonam: *Aſperges me*, &c.) Deinde Prælatus reſumit Pluviale, & comitatus ab Acolythis cum Cereis accenſis incipit *Matutinum* cum cantu, & reliqua fiunt, ut præſcribitur in Cæremoniali Ordinis. Poſt *Laudes* iterum accedit ad Altare, genuflectit in plano duplici genu, & ſurgens manet genuflexus in infimo gradu. Interim Cantores incipiunt *Tantum ergo*, & cum dicitur ℣. *Genitori* ſurgit

Celebrans, & ſtans imponit Incenſum in Thuribulo ſine Benedictione, ac genuflexus in eodem gradu ter thurificat SS. Sacramentum, ut dictum eſt. Cantores, flexis genibus, cantant ℣. *Panem de Cœlo*, &c. Celebrans autem ſtans cantat Orationem *Deus, qui nobis*, &c. omiſſo ℣. *Dominus vobiſcum.* Finita Oratione, extinguuntur Candelæ, & regrediuntur omnes eodem ordine, quo venerant in Ante-Sacriſtiam cum Pſalmo *Deus miſereatur noſtri*, &c. quæ omnia obſervari debent in aliis diebus hujus Octavæ.

2 In aliis diebus per annum idem modus Expoſitionis obſervandus eſt; ſed in Expoſitione dici poteſt *Tantum ergo* ſine *Genitori*, & ſine ℣. ac Oratione. In Repoſitione verò hæc omnia dicuntur, ſed in ℣. *Panem de Cœlo* non additur *Alleluia*, niſi in hac Octava, & tempore Paſchali. Paramenta Celebrantis, tam ad Proceſſionem SS. Sacramenti, quàm ad ejus ſolemnem Expoſitionem, erunt ejuſdem coloris Miſſæ, vel Officii, ſi Expoſitio, vel Repoſitio immediatè ante, vel poſt Miſſam, Veſperas, aut aliam Horam Canonicam, ſeu Novendium Sacrum, facienda eſt: aliàs erunt alba, præterquam in Expoſitione, quæ fit cum precibus ad aliquod beneficium obtinendum, vel aliquod damnum evitandum; quia tunc erunt violacea. Si Expoſitio fiat immediatè ante Miſſam, non Pluviali, ſed Caſulâ facienda eſt, niſi prius fiat Aſperſio Aquæ benedictæ; quia tunc Aſperſione facta, eodem Pluviali fiet; & poſteà Celebrans, illo exutó juxta Credentiam, induit Caſulam, & incipit Miſſam. Eâdem Caſulâ fit etiam Expoſitio poſt Miſſam, niſi ante Expoſitionem fiat Proceſſio. Tandem Pallium Altaris in omni ſolemni Expoſitione ſit ſemper album, & ſolùm, quando im-

immediatè poſt Miſſam fit Proceſſio ad SS. Sacramentum Exponendum, poterit eſſe coloris Paramentorum, ipſius Miſſæ, dummodò tempore Proceſſionis in album mutetur. In alia autem Expoſitione non ſolemni, quæ fit cum Pyxide minori ad oſtium Sacrarii, non requiritur color albus in Pallio Altaris, ſed ejuſdem coloris Miſſæ, ſeu Officii, eſſe poteſt. Denique omnis Repoſitio ſolemnis SS. Sacramenti fit cum Pluviali coloris competentis, ut ſuprà in Expoſitione.

*De Proceſſione.*

3 In die octava hujus Solemnitatis, juxta morem iſtius N. Almæ Congregationis Luſitanæ, fit Solemnis Proceſſio SS. Sacramenti poſt Orationem veſpertinam. Eodem die, & competenti hora conveniunt Fratres, & ingrediuntur Eccleſiam, ſicut in antecedentibus diebus. Sed Sacerdos paratus, Expoſitione factâ, mox redit in Sacriſtiam, donec Oratio mentalis finiatur. Hac expletâ, ingrediuntur Eccleſiam duo Thuriferarii cum Thuribulis. Tum Cæremoniarius. Deinde Subdiaconus Cruciferus indutus Amictu, Albâ, & Tunicellâ albi coloris, portans Crucem inter Acolythos cum Cereis accenſis. Poſteà (ſi poſſibile ſit) quatuor, vel ſex Religioſi parati Amictis, Cottis, & Pluvialibus albis, ut deferant haſtas Baldachini. Poſtremò tendit Prælatus inter Sacros Miniſtros Paramentis albis indutus, & ſine Manipulis, Miniſtríſque fimbrias Pluvialis elevantibus. Cum pervenerint ante Altare Subdiaconus Cruciferus ſe ſiſtit cum Acolythis juxta gradus Altaris in cornu, à quo incipienda eſt Proceſſio. Religioſi parati, factis debitis reverentiis, ſe ſiſtunt hinc, & inde ante Altare genuflexos. Thuriferarii

tendunt ad cornu Epiſtolæ. Prælatus autem cum Miniſtris genuflectit in plano ante infimum gradum. Deinde ſurgit, & ſtans ponit Incenſum in Thuribulis, ac in infimo gradu genuflexus ter thurificat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & pòſt. Poſteà Miniſtri imponunt Velum Humerale Celebranti. Deinde Diaconus aſcendit ad Thronum, præcedentibus Thuriferariis, Cæremoniario, & ad minus quatuor Religioſis cum Candelis accenſis, ubi utrâque manu accipit Oſtenſorium, & deſcendens ad Celebrantem genuflexum in primo gradu ſuperiori, ipſum illi tradit, ut dicitur ſuprà. Tum genuflectit utroque genu, ſe profundè inclinans SS. Sacramento, & ſurgens ſe collocat ad dextrum latus Celebrantis. Interim Celebrans cum Subdiacono ſurgit, & aſcendens ſuper Suppedaneum ſe vertit cum Miniſtris ad Populum, ac reliqua fiunt, ut in Proceſſione Auroræ Dominicæ Reſurrectionis pag. 120. à num. 2. uſque in finem, exceptis Añis, & Stationibus, quæ erunt, ut ſequuntur.

## STATIO PRIMA.

*Hymnus* Pange língua glorióſi, *&c. ut in Feria Quintæ in Cœna Domini* pag. 64. *& in hac, & aliis omnia fiunt, ut in prima Statione Proceſſionis Dominicæ Reſurrectionis* pag. 126. num. 4.

*Cantores.* ℣. Panem de Cœlo præſtitíſti eis: Allelúia.
*Chorus.* ℟. Omne delectaméntum in ſe habéntem: Alleſ.

Orémus.

DEus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue quæſumus, ita nos Córporis, & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári: ut

re-

redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus. Qui vivis, & regnas per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

## STATIO SECUNDA.




℣.

℣. Edúcas panem de terra: Allelúia.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis: Allelúia.

Orémus. Deus, qui nobis ſub Sacraménto, &c. *ut ſuprà.*

## STATIO TERTIA.





ne, vi- vet in æ- térnum. * Et ambu lávit.

℣. Panem Cœli dedit eis: Allelúia.
℟. Panem Angelórum manducávit homo: Allelúia.

Orémus. Deus, qui nobis ſub Sacraménto, &c. *ut ſuprà.*

## STATIO QUARTA.



℟. E Go ſum pa- nis vi- tæ: Pa- tres



ve- ſtri mandu- ca- vé runt man na in de ſér to,



& mór- tu- i ſunt. * Hic eſt pa- nis de



Cœ lo deſ- cén dens, ut ſi quis ex ip ſo man dú-



cet, non mo ri á- tur. ℣. E- go ſum

pa-



pa- nis vi- vus, qui de Cœ- lo deſ- cén-di: ſi quis



man du cá ve rit ex hoc pa ne, vi- vet in æ-



tér- num. * Hic eſt.

℣. Póſuit fines tuos pacem: Allelúia.
℞. Et ádipe fruménti ſátiat te: Allelúia.

Orémus. Deus, qui nobis ſub Sacraménto, &c. *ut ſuprà.*

## STATIO QUINTA.



*Aña.* O Sa- crum con-ví- vi- um, in



quo Chri- ſtus ſú- mi tur, re có- li- tur



me- mó- ri a paſ- ſi- ó- nis




4 Hæc Antiphona repetitur (ſi opus ſit) uſque dum Diaconus collocet Oſtenſorium ſuper Altare. Cum autem ventum fuerit ad maiorem Capellam, Cruciferarius, & cæteri omnes ſe ſiſtunt, ut dicitur in Proceſſione Auroræ Dominicæ Reſurrectionis. Poſito Oſtenſorio ſuper Altare, initiant Cantores:






*Ad* ℣. Genitóri *ſurgit Celebrans, & imponit Incenſum ſine Benedictione, ac genuflexus ter thuriſicat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & pòſt. Posteà Cantores cantant genuflexi:*

℣. Panem de Cœlo præſtitíſti eis: Allelúia.
℟. Omne delectaméntum in ſe habéntem: Allelúia.

*Sacerdos autem ſtans cantat manibus junctis.*

Orémus.

DEus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue quæſumus, ita nos Córporis, & Sánguinis tui ſacra Myſtéria venerári, ut re-

dem-

demptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus. Qui vivis, & regnas per ómnia ſæcula ſæculórum. ℞. Amen.

Finitâ Oratione, dat Celebrans Benedictionem Populo cum SS. Sacramento, & omnia fiunt, ut in fine Proceſſionis Reſurrectionis pag. 135. n. 7. Quibus expletis, diſceditur ab Ecclesia cum Pſalmo *Deus miſereatur noſtri*, &c.

5 Attamen advertendum eſt, quòd ſi per Clauſtra non ſint Altaria conſueta, tunc nulla Statio fiet, ſed Fratres, omiſſis Reſponſoriis, procedunt per Clauſtra uſque ad Eccleſiam Hymnum *Pange lingua* decantantes, taliter quòd (ſi opus ſit) repetatur uſque ad ℣. *Tantum ergo* excluſivè; quia hic Verſiculus tantùm dici debet à Communitate genuflexa in Capella maiori, Oſtenſorio in Altari jam collocato. Deinde omnia fiunt, ut ſuprà.

## §. XIV.

### *De Proceſſione pro Expoſitione, & Repoſitione SS. Sacramenti in Solemnitate* Laudis-perennis, *ſeu in* Continua Oratione 40. *Horarum.*

1 IN primo die cantatur Miſſa Solemnis in Altari Expoſitionis, in qua duæ Hoſtiæ conſecrantur. Celebrans poſt ſumptionem prætioſiſſimi Sanguinis ponit Conſecratam Hoſtiam in Oſtenſorio. Finitâ Miſsâ, deſcendunt Fratres in Clauſtrum, & ingrediuntur Eccleſiam. Primò ſecundus Thuriferarius (ſi detur) cum Thuribulo. Deinde aliqũis Acolythus indutus ſolùm Cottâ portans Crucem, cui ad Oſtium Eccleſiæ obviantur Acolythi cum Cereis accenſis. Tum ſecundus Cæremoniarius, ſi adſit. Poſteà Fratres cum Candelis extinctis, qui omnes,

nes, factis debitis reverentiis, ſe ſiſtunt per ordinem. Thuriferarius tendit ad cornu Epiſtolæ ad Celebrantem. Cruciferus, & Acolythi ſe collocant in medio plani ad introitum Cancellorum. Fratres hinc, & inde genuflexi manent, ſed Seniores juxta gradus Altaris, & Juniores prope Crucem, ex quibus duo accendunt Candelas Communitatis. Interim Celebrans, facta genuflexione in medio Suppedanei, ſe retrahit cum Miniſtris ad cornu Epiſtolæ, qui, depoſitis prius Manipulis in Credentia, tollunt à Celebrante Caſulam, & Manipulum, ac illi imponunt Pluviale ejuſdem coloris Miſſæ, ſecundùm quòd dictum eſt §. XIII. num. 2. pag. 152. Deinde Celebrans (ſi Communitas jam adſit in Eccleſia) in eodem cornu ponit Incenſum in Thuribulis, aliàs tendit ad medium Altaris, vel deſcendit ad planum, ubi in infimo gradu, vel in primo proximo Suppedaneo, juxta dicta in §. VII. pag. 62. num. 4. de Feria Quinta in Cœna Domini, aliquantulum manet in oratione genuflexus. Poſteà Celebrans ter thurificat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & pòſt; vel ſi adhuc non poſuit Incenſum, tunc ſurgit, ponit Incenſum, & thurificat, Miniſtris fimbrias Pluvialis elevantibus. Hoc facto, Diaconus illi imponit Velum Humerale, Subdiacono adjuvante, & cætera fiunt ut in pag. 121. & in Proceſſione Feriæ Quintæ in Cœna Domini §. VII. pag. 56. num. 5. & 6. Hæc Proceſſio dumtaxat fit per Eccleſiam, cantantibus Fratribus Hymnum *Pange lingua*, ut in eodem die inſinuatur pag. 64. In regreſſu Proceſſionis, poſtquam Diaconus in Throno collocavit Oſtenſorium, & ad dextrum latus Celebrantis genuflexum ſe poſuit, tunc cantatur *Tantum ergo*, ſine ℣. *Panem de Cœlo*, & ad ℣. *Genitori* incenſatur de more

SS.

SS. Sacramentum. Deinde Cantores incipiunt cum cantu Litanias, ut in §. XII. pag. 139. in quibus etiam dicuntur omnes Verſiculi hoc ſigno * notati. His dictis Celebrans dicit *Pater noſter*, & Cantores initiant Pſalmum *Deus in adjutorium*, &c. Poſteà Celebrans adhuc genuflexus dicit preces ibidem poſitas, Miniſtris Librum tenentibus, & ſurgens cantat ℣. *Dominus vobiſcum*, & Orationes ſequentes. Quibus expletis, poſt brevem orationem eodem ordine, quo venerant, redeunt ad Ante-Sacriſtiam cum Pſalmo *Deus miſereatur*, &c.

Orémus.

DEus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue quæſumus, ita nos Córporis, & Sánguinis tui ſacra Myſtéria venerári, ut Redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus.

*Ab Adventu uſque ad Nativitatem Domini.*

DEus, qui de Beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem ſuſcípere voluíſti: præſta ſupplícibus tuis: ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur.

*A Nativitate uſque ad Purificationem.*

DEus, qui ſalútis ætérnæ Beátæ Maríæ Virginitáte fæcúnda humáno géneri præmia præſtitíſti: tríbue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ ſuſcípere, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

*A Purificatione uſque ad Adventum Domini.*

CONcéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ mentis, & córporis ſanitáte gaudére, & glorióſæ Beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne à præſénti liberári triſtítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ.

OMnípotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro N. & dírige eum ſecúndum tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ, ut te donánte tibi plácita cúpiat, & tota virtúte perfíciat.

DEus, refúgium noſtrum, & virtus adéſto piis Eccléſiæ tuæ précibus auctor ipſe pietátis, & præſta: ut quod fidéliter pétimus, efficáciter conſequámur.

OMnípotens ſempitérne Deus, in cujus manu ſunt ómnium poteſtátes, & ómnium jura Regnórum, réſpice in auxílium Chriſtianórum, ut gentes Turcárum, & Hæreticórum, quæ in ſua feritáte, & fraude confídunt, déxteræ tuæ poténtia conterántur.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui vivórum domináris ſimul, & mortuórum, omniúmque miſeréris, quos tuos fide, & ópere futúros eſſe prænóſcis: Te ſúpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus; quoſque, vel præſens ſæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ ómnium delictórum ſuórum véniam conſequántur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Cantores.







Chorus.




2 In tertio die, qui eſt Repoſitionis, fit ingreſſus ad Eccleſiam, ut in primo die. Acolythus Cruciferus ſiſtit inter Acolythos cum Cereis accenſis ad Cancellos, & reliqui Religioſi, ut ſuprà dicitur. Celebrans verò, finitâ Miſſa, & aſſumpto Pluviali coloris ejuſdem Miſſæ in cornu Epiſtolæ, tendit cum Miniſtris ſine Manipulis ad medium Altaris, ubi genuflexus manet in infimo, vel primo gradu, ut ſuprà dictum eſt. Tunc Cantores incipiunt Litanias, ut in primo die, & Celebrans genuflexus cantat *Pater noſter*, & ℣℣. uſque ad ℣. *Domine, exaudi orationem meam* incluſivè. Quo dicto, ſurgit, & ibi imponit Incenſum ſine Benedictione, ac genuflexus ter incenſat SS. Sacramentum cum profunda reverentia. Tum Miniſtri illi imponunt Velum Humerale, & Diaconus tendit ad Thronum, ubi accipiens Oſtenſorium, cum eo deſcendit, & ſtans ipſum tradit Celebranti adhuc genuflexo. Poſteà ſe ſiſtit ad ejus latus dextrum, & tunc Celebrans ſurgit cum Subdiacono, & fit Proceſſio per Eccleſiam, ut in primo die. In regreſſu ad Altare Celebrans

an-

ante infimum gradum ſtans tradit Oſtenſorium Diacono genuflexo, & mox genuflectit ipſum adorans cum Subdiacono, qui ab eo aufert Velum Humerale. Tum Diaconus ponit Oſtenſorium ſuper Altare, & genuflectens redit ad ſuum locum. Tunc Cantores cantant *Tantum ergo*, & ℣. *Panem de Cœlo*, ut pag. 159. Celebrans verò, omiſſo ℣. *Dominus vobiſcum*, cantat Orationes, ut in primo die. Quo facto, Miniſtri illi imponunt Velum Humerale, & Celebrans ſolus aſcendit ad Altare, ubi genuflectit, accipit Oſtenſorium, & Benedicit Populum, ut dicitur §. XI. pag. 135. de Proceſſione Dominicæ Reſurrectionis num. 7. & recluſo SS. Sacramento, eo ordine, quo venerant, regrediuntur in Ante-Sacriſtiam cum Pſalmo *Deus miſereatur*, &c. Sed notandum eſt, quod ſi in hoc tertio die fiat Repoſitio veſpere; tunc poſt Miſſam ſolùm dicuntur Litaniæ cum Precibus, ut ſuprà. Proceſſio verò omitti, vel fieri poteſt in ipſa Repoſitione veſpertina.

## CAPUT SECUNDUM.

*De aliis Proceſſionibus ordinariis in hac Congregatione faciendis.*

### §. I.

*Proceſſio in Solemni Commemoratione SS. Matris N. B. M. V. de Monte Carmelo.*

IN hac, & in omnibus aliis ſequentibus Proceſſionibus, quæ non fiunt immediatè ante, vel poſt Miſſam, nec in eis defertur SS. Sacramentum, induitur Sacerdos

tan-

tantùm Amictu, Cottâ, Stolâ, & Pluviali coloris, ipſis Proceſſionibus competentis. Item obſerventur ea, quæ Cap. 1. §. 2. dicta ſunt, & in ultima Statione non dicatur ℣. *Gloria Patri*, aut ultimus ℣. Hymni, quin priùs omnes Fratres per Eccleſiam in ſuis locis aptentur.

## STATIO PRIMA.






## STATIO SECUNDA.




di-




## STATIO TERTIA.






## STATIO QUARTA.






## STATIO QUINTA.

*Hymnus.*




*Hic non genuflectitur.*

Fe-


Fe lix Cœ li por- ta.
Su mens il lud A- ve, Ga bri- é- lis
o- re, Funda nos in pa- ce, Mu tans He-
væ no- men.
Sol ve vin- cla re- is, Pro fer lu- men
cœ- cis, Ma la noſtra pel le, Bo na cun-
cta poſ- ce.
Mon ſtra te eſ- ſe Ma- trem, Su mat per te

pre-


pre- ces, Qui pro no bis na- tus, Tu- lit
eſ-ſe tu- us.
Vir go ſin gu- lá- ris, In ter om- nes
mi- tis, Nos culpis ſo lú tos, Mi tes fac,
& caſ- tos.
Vi- tam præ ſta pu- ram, I ter pa- ra
tu- tum, Ut vi dén tes Je- ſum, Sem per
col læ té- mur.



Sit laus De- o Pa- tri, Sum mo Chri-



ſto de- cus, Spi rí tu i San cto. Tri bus



ho nor u- nus. A- men.

*Si non ſequatur Miſſa, dicitur:*

*Cantores.* ℣. Ora pro nobis, Sancta Dei Génitrix.
*Chorus.* ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, qui Beatiſſimæ ſemper Vírginis, & Genitrícis tuæ Maríæ ſinguári título Carméli Ordinem decoráſti: concéde propítius, ut cujus hódie Commemoratiónem Solémni celebrámus Officio, ejus muníti præſídiis, ad gáudia ſempitérna perveníre mereámur. Qui vivis, & regnas, &c. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.



*Celebr.* Be ne di cámus Dó- mi no. ℟. De o grá- ti as.

*Et ſubmiſſa voce.*

℣. Et Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

§. II.

## §. II.

*Proceſſio in Feſto S. P. N. Eliæ.*

## STATIO PRIMA.





ctum eſt verbum Dó-mi ni ad E- lí- am, di-



cens: Va- de, & o- ſten-de te A chab, ut dem



plú- vi am ſu per fá- ci em ter- ræ.



* Et rur- sùm.

## STATIO SECUNDA.



℟. SUr ré- xit E lí- as Pro phé-



ta qua- ſi ignis, & ver- bum ip ſí- us, qua-



ſi fá- cu la, ar dé- bat: * Qui in-

dú-




# STATIO TERTIA.




ter: ſic ampli fi cá- tus eſt É li- as in mi-
ra- bí li bus ſu is. * Qui inſcríp- tus es
in ju dí- ci is tém- po- rum le- ní-
re i ra- cún- di- am Dó- mi ni, conci li-
á- re cor Pa- tris ad Fí- li um, & re ſti-
tú- e re tri- bus Ja- cob. ℣. Et
quis po- teſt ſi mí- li ter ſic glo-
ri á ri ti- bi? * Qui inſ críp- tus.

STA-

## STATIO QUARTA.




Póſ-




## STATIO QUINTA.

*Hymnus.*




Hic


Hic nam que ſa cri nó- mi nis Tu i Ze lá-
tor pró- vo cat Va tes Ba al ne- quíſ-
ſi mos, Vi- ctóſ- que ju re in tér- fi cit.
Il lo pre- cánte, ví- ctimas Abſú mit ig nis
cœ li tùs: Hi præ ſtre pén tes á- cri tèr,
Sunt ómni-bus lu dí- bri o.
Tum Je ſa- bé lis ím- pi æ Vi tans fu ró rem
nó xi um, Sub Ju ní pe ro dór- mi ens,

Ad


Ad eſ ſe cer nit An- ge lum.
Pa nem ſi- bi , qui pró- fe rens, Lymphám que
juſ- ſit pérge re Ci bo re féctum ſtré nu-
è Ad mon tis Ho reb vér- ti cem.
Hoc in Ci- bo je jú- ni um Tu lit quadrage-
ná ri um; Hac vi da-pes ſunt præ- di tæ,
Quas dex tra De i pór- ri git.
Omnis ti- bi ſit gló- ri a, Verbum, Pa ter,

Pa-



Pa- rá cli te, In ſe pa rá ta Trí- ni tas,



Quæ con di- dí ſti óm- ni a. A- men.

*Si non ſequatur Miſſa, dicitur:*

*Cantores.* ℣. Beáti ſunt, qui te vidérunt.
*Chorus.* ℟. Et in amicítia tua decoráti ſunt.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

PRæſta quæſumus, Omnípotens Deus, ut qui Beátum Patrem Noſtrum Elíam, Prophétam tuum, igneo curru mirabíliter elevátum eſſe crédimus; eódem interveniénte, ad cœléſtia ſublevémur, & Sanctórum tuórum conſórtio gaudeámus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum, &c. *ut in præcedenti Proceſſione.*

## §. III.

*Proceſſio in Die Beatæ Tereſiæ V. & Matris Noſtræ.*

## STATIO PRIMA.



℟. DIf fú- ſa eſt grá- ti a in lá-


bi is tu- is, propté- re à be ne dí- xit te
De- us in æ- tér- num. * Spé- ci e
tu- a, & pulchri tú- di- ne tu- a: in ténde,
próſ- pe re pro cé- de, & re-
gna. ℣. Om- ni a, quæ lo- cú- ta es,
ve- ra ſunt, & non eſt in ſer mó ni bus tu- is
ul la re- pre hén ſi o: nunc ergo o- ra pro no-
bis, quóni am mú li er ſan- cta es, & ti- mens
Deum.




## STATIO SECUNDA.





rum plan- tá vit ví- ne am. * Et.

## STATIO TERTIA.



℟. HÆc eſt vir go ſá- pi- ens, quam



Dó- mi nus vi gi- lán- tem in-



vé- nit, quæ, ac cé- ptis lam- pá- di bus,



ſum pſit ſe- cum ó- le um. * Et ve-



ni- én te Dó- mi no, intro í- vit cum



e- o ad nú- pti- as.




# STATIO QUARTA.




pu-




## STATIO QUINTA.




pa-


pa térnam dé ſe ris, Ter ris Te- ré ſa bárba ris
Chri ſtum da tú ra, aut ſángui nem.
Sed te ma- net ſu- á vi or, Mors, pœ na poſ cit
dúl ci or: Di ví ni a mó ris cúſpi de In vulnus
i ćta cón ci des.
O' cha ri- tá tis ví ćtima! Tu corda noſtra cón-
crema: Ti bí que gentes cré di tas, A vér ni ab i-
gne lí be ra.

Sit



Sit laus Pa- tri cum Fí li o, Et Spí ri tu Pa-



rá cli to, Ti bí que gentes cré di tas, Nunc, & per



omne ſæ cu lum. A- men.

*Si non ſequatur Miſſa, dicitur:*

*Cantores.* ℣. Ora pro nobis, Sancta Mater noſtra Teréſia.
*Chorus.* ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

EXáudi nos Deus ſalutáris noſter: ut ſicut de Beátæ Teréſiæ Vírginis tuæ, & Matris noſtræ Feſtivitáte gaudémus: ita Cœléſtis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, & piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Chriſtum Dóminum noſtrum, &c.

℣. Dóminus vobíſcum, &c. *ut in præcedenti Proceſſione.*

§. IV.

## §. IV.

*Proceſſio in Die S. P. N. Joannis à Cruce.*

## STATIO PRIMA.















## STATIO SECUNDA.

℟. V







